



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Le. v

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

vestimentis ac capillis ab igne penitus illesis. Tu aut. **R.** Virgo prudens et electa dei sapientia. Oratorum argumenta vicit ac versucias. **V.** Ab angelo confortata plena dei gratia. Ora. **Glia.** Ora. **In ecclesia maguntinensi tertius**
R. de sancta Katherina Hec quinquagenos oratores superatos dirigit ad celos aurum velut igne probatos. **V.** Efficiens testes fidei quos protulit hostes. Dirigit. **In secundo nocturno an.** Cesaris intrepidus de studiis preclara sophie arguit errorem male sanu virgo furore. **ps.** Eructa. **ana.** Non cedens monitis mactat verberare mitis. carcere damnatur nec virgo sic superatur. **ps.** Deus noster refugium. **ana.** Cesar ut inuictam penitus vidit Katherina ut leo crudel iubet hanc discerpe penis. **ps.** Fundamenta. **V.** Diffusa est gratia in labijs tuis. **Leo quarta**
Post multa vero blandimenta iussit tyrannus virginem scorpionibus cesam in obscurum carcerem tradi. ibique duodecim diebus fame cruciari. In quo reginam et porphyrium militem cum ducentis christo acquisiuit. qui omnes cum regina euulsis prius eius mammillis postmodum decollati coronam martyrij susceperunt. Tu aut.

R. Spōsa christi glōsa gaudet inter sbera nulla mouent hanc promissa nec terrent supplicia. **V.** Charitate vulnerata tendit ad celestia. Nulla. **Beatā vero Katherinā** **Leo v** nā tandē de carcere eductam: sic tyrannus alloquit. Ex duobus unum tibi elige: aut sacrificia ut viuas. aut exquisita tormenta subi vt pereas. Que cum sponte tormentis se obtulisset horribilis quattuor rotarum machina contrario ordine voluenda dilacerandis membris virginis preparat quam angelus tanto imperu diuellendo concussit et quat tuor milia gentilium intere mit. Tu aut. **R.** Christ' sanctam tenebroso reclusaz ergastulo. **D**iro satis atqz blado confortat eloquio. **V.** Salue virgo benedicta quam christi presentia **D**iro. **Leo sexta**
Post hec beata Katheria iterum tirano presentatur et cunctas promissiones eius et blandimenta contemnens decollari iubetur. Que cum post oratione decollaret de eius corpore lac p sanguine emanauit Angeli aut corpus accipientes ab illo loco ad montem synai itinere plus qz dieru viginti distantē deduxerunt et honorifice sepelierunt. Ex cuius ossibus indefineter oleu manat. quod